

# VITALIS MICHAEL

D U X XXXIII.

*Electus Anno 1097. obiit Anno 1100.*

PRÆCONIVM VETVSTVM.

*Pisanam Classem Sacrae Telluris, ut hostes  
Præpositum Caifam Aegypti iure repulsi.*



**A**D redimendum Salvatoris Sepulchrum cum Orbem exciret Vrbanus Pontifex. Veneti ne Christo viderentur deesse; CC navium classem sub Ioanne filio Principis Vitalis Michaelis, & Henrico Contarino Castellano Antistite compararunt. Diviso tunc Orbe Terrarum, ab una pietas, ab altera superstitio pugnabat. Belli votum, Hierosolymæ expugnatio, pro quâ noster penè Orbis sub signis peragravit. Veneti sacrae militiæ tesserâ assumptâ, Rhodum navigarunt, ubi à Pisanis probro excepti invidiâ instigante, vel Græco Cæsare (qui Syriacam expeditionem invidebat Latinis) ferro propulsarunt; ex quinquaginta navium

E 2 classe